

D. A. G.
DISSERTATIONIS
DE

POËSI
FENNICA,
PARTICULA QUARTA,

QUAM

CONSENT. AMPL. SENAT. PHILOS. IN REG.
ACAD. ABOËNSI,

Publico examini subjiciunt

PRÆSES

HENRICUS GABR.
PORTHAN,

Design. Eloquentiæ PROFESSOR Reg. & Ord.

ET

RESPONDENS

JOHAN KERCHSTRÖM,

Nylandus.

In AUDITORIO MAJORI Die XV. Aprilis

An. MDCCLXXXVIII.

H. P. M. C.

ABOÆ,

Impressit JOH. C. FRENCKELL, R. Acad. Typogr.

THESES RESPONDENTIS.

Thes. I.

Præcipuorum Auctorum Classicorum Græcorum Latinorumque in linguam Svecanam translationem diligentem, multis nominibus commendandam putamus.

Thes. II. Qui Philosophos a terminis Metaphoricis, ut obscuris, omnino abstinere jubent, hosque Oratoribus solum & Poëtis esse relinquendos judicant, nã illi admodum inepti sunt.

Thes. III. Linguarum indolem, vitia virtutesque, in ingenia hominum magnam habere vim, negari haud debet.

Thes. IV. Definitiones inter principia demonstrandi recte referuntur, quoties non nisi de notionibus, & evolvendis ex idea quadam principali ideis secundariis, questio est; cum autem de rebus actu existentibus agitur, nisi antea accurata demonstratione evicta veritas definitionis per partes suas fuerit, adeo non ad eam, ut principium demonstrandi, provocare semper licet, ut sæpe hujusmodi confirmatio definitionis, non nisi post diligentem demum rei pertractationem locum invenire possit. Experiencia interea consulenda est. Quod sæcus haud raro egerunt Metaphysici, ingenti vi paralogismorum & sophismatum sic dictas demonstrationes suas conspurcarunt.

Thes. V. Inepte ex sola idea simplicitatis animæ concluditur, eam non posse non semper cogitare; nec minus inepte, ex facultate mentis præsentativa omnes ejus operationes facultatesque reliquas derivari atque explicari posse, contenditur.

Thes. VI. Minus commode doctrinam de DEO naturalem proponunt, qui ex unâ aiqua idea vel *necessitatis* vel *aseitatis* &c. attributa Ejus omnia elicere & demonstrare tentant, consideratione rerum creaturarum, quas ipse speculum virtutum suarum esse voluit, temere seposita.

Albi hupä wäbäälän,
 Eipä paha piljostalan.
 Kokeant kalli tiedä,
 Wainainen kalli kofeksi.
 Et i su hädätä päätä,
 Peru päiwistä pahista.
 Eunen tehny töh telest,
 Wasta a lu ajattele.
 Neista wäris wirren otti;
 Kullun piilästä pubeista,
 Mielerömän louhinnist.
 Dnat maat maadunmat,
 Dnat megar mie nammat.
 Duboista omet tulawat,
 Hywät weljet wieraista.
 Päädä tunnen päiwäkunnan,
 Silmistä hupäwä siliän.
 Tehny töd on allettuna,
 Aluotes aika menepi.
 Teräwä tekijän aie,
 Tyssä weiksi tyhmän miehen.

Dat bonus etiam e parvo (penu),
 Neque ex magno malus.
 Expertus omnia novit,
 Miser experitur (tentat) omnia.
 Non fletus e periculo liberat,
 Lamentatio e diebus malis.
 Qui ante fecit (expertus) opus facit,
 Qui nuper incepit (tiro) deliberat.
 Ex his sapiens carmen (doctrinam)
 E stulti longis sermonibus, (arripuit)
 E despicientis dictis,
 Sux terræ (cuique) dulcissima,
 Sux silvæ jucundissima.
 E peregrinis sunt cognati,
 Conjuncti fratres ex alienis.
 E primo mane divino diem,
 Ex oculis bonam indolem,
 Factum opus est inceptum,
 Destinando tempus perit.
 Acutum (est) industrii instrumentum,
 Hebes culter fatui viri.

§. XI.

Carmina sua recitandi peculiari porro more a-
 grestes nostri musarum cultores utuntur, a majoribus
 sibi tradito. Canunt nempe duo semper, solenni ri-
 tu, auditorum cincti corona, qui *arrectis auribus ad-*
stant. *Præcentor, Saulaja, vel Päämies, Princeps o-*
peris, qui vel carmen recitandum solus aut inprimis
callet, vel ætate auctoritateve præstat (a), (cujus
partes ipse semper poëta agit cum ex tempore car-

K men

(a) Si pares auctoritate atque doctrina sunt, vices quoque inter
 se permutant aliquando, ut alternis Præcentoris & Repetitoris agant
 partes; quamquam sapius tamen quisque peritior cantor juniorem quen-
 dam, poëtica studiosum, sibi adiutorem eligit, & ordine ad se de-
 sto, facultatem demonstrat suam.

men fundendum est), adjungit sibi alium *Socium* sive *Adjutorem*, Puoltaja vel Saistaja dictum (b), cum quo per vices canendi opus ita partitur, ut postquam ille versum ad tertiam circiter a fine syllabam, vel ultimum pedem, perduxit (c), hic suam admisceat vocem, (quod facile jam ex sensu ipso, atque metri lege, reliquum pedem conjectando definire licet) atque ita ambo eum efferant; quo facto, adjutor versum solus repetit, variato aliquantum modo, quasi libenti assensione approbaret (d), tacente interim præcento-

(b) Hinc etiam verba puoltaja, saistaja, actum ipsum ita vicem adjutoris cantori Runarum præstandi, significant. Illa vox notior, & Savonibus usitata; hæc apud Ostrobotnienses quosdam recepta, qui tamen nec alteram illam ignorant.

(c) Contingit interdum, ut adjutor qui carmen callet, in tertia jam aut quarta a fine syllaba suam adjungat vocem, sed hoc minus commode fit; ut & quod adjutor tiro nonnunquam in ultima demum syllaba sociam suam vocem adjungere valet.

(d) Adjicit igitur quoque Adjutor, sub repetendo, primo versus pedi, si voce dissyllabica, ut plerumque fit, absolvitur, voculam muta, scilicet, bene, vel sano dico, aut sano dic (recte dictum) voce illa prima etiam enclitica definitiva pa, vel pã (päs, päs &c. cfr. JUSLENI Lex. Fenn. sub hac particula) sane, certe, quidem, aucta (quod facilius succedit, si vox ipsa vocasi terminatur); videlicet ad approbationem suam fortius exprimendam, & emphasin quoque indicandam; quam syllabarum redundantiam, celeriori primi pedis & inculeati hujus supplementi pronuntiatione ita compensat, ut a tertia versus syllaba solito rursus eum modo proferat. Si vero contingit versum a voce incipere monosyllabica, trisyllabica vel tetrasyllabica, hujusmodi augmento non facile locus conceditur. Sequens exemplum totam hanc luculenter demonstrabit rationem:

Cantor: Ah! ah! armotoin isändä,
 Adjutor: Ah! ah! armotoin isändä!
 Cantor: Niwan tuima tuonen voima!
 Adjutor: Niwan sano tuima tuonen voima!

centore, donec ille ad extremum rursus pedem accessit, quem conjuncta voce ambo proferunt. Adjungit deinde sequentem versum præcentor solus, simili lege ab adjutore repetendum, & sic deinceps, usque ad finem carminis. Quæ tota ratio ut clarius intelligi possit, in sequenti exemplo eæ syllabæ alia literarum

K 2 rarum

Cantor: *Woi niit feuria kowia,*
 Adjutor: *Woi niit kouria kowia,*
 Cantor: *Kuolon kowan kâmmeniâ,*
 Adjutor: *Kuolonpa sano kowan kâmmeniâ!*
 Cantor: *Jotka murtawat mururi,*
 Adjutor: *Jotkapa sano murtawat mururi,*
 Cantor: *Yhdwâtpâ maahan martahari,*
 Adjutor: *Yhdwâtpâ sano maahan martahari,*
 Cantor: *Yhmiisefkin ilman alla,*
 Adjutor: *Yhmiisefkin ilman alla,*
 Cantor: *Sekâ nuoret ettâ wanhat,*
 Adjutor: *Sekâ sano nuoret ettâ wanhat,*
 Cantor: *Ylimmäiset, alemmäiset,*
 Adjutor: *Ylimmäiset, alemmäiset,*
 Cantor: *Kaikki kaatuwat käsipä,*
 Adjutor: *Kaikkipa sano kaatuwat käsipä, &c.*

Sed uti significavi, mos hujusmodi voculas interserendi, nec ab omnibus, nec semper, observatur. Si accidit, ut *Adjutor* peritia *Præcentori* non cedat, quin eum vincat adeo, & hic, memoria vel vena deficiente, desinere & silere cogatur, solet ille primarias interdum partes deposcere, tali aut simili formula:

*En tunnek edellä käywä,
 Ennen kôymätsu ejillä,
 Ennen-maan matelemata.
 Sull' on kengät paikkasemmat,
 Paikkasemmat, tallasemmat.*

Respondet aliquando ad hanc opprobationem *Præcentor*:

*Kost' ett tunnek tuhma käywäl,
 Epätieto tien osaita,
 Laulokkomme, soitelkomme,
 Tekkomme ijan ilolla;*

rarum forma expressæ sunt, in quibus efferendis vo-
cem ambo cantores conjungunt:

Kansa outeja anopi,
Klånbihe ilma Kalkki;
Menot kurtjat kauravensa,
Saabansa sibat sanomat (e).

Spatio temporis sibi interim concessio, dum repeti-
tor præcedentem versum iterat, Poëta ex tempore
canens, ad sequentem versum excogitandum & con-
cinnandum utitur; qui tamen labor nisi vati exerci-
tatissimo & prompto ingenio venaque fertilissima præ-
dito, haud sane potest succedere. Modus quem adhi-
bent musicus, unus semper idemque est, sine omni fe-
re variatione, simplicissimus & vetustissimam redolens
originem; quem notis expressum mulicorum confve-
tis, æri incisus, opellæ adjungemus. Cantores vel
juxta se invicem sedent, vel ex adverso, ita propin-
qui ut dextras conjungere possint & genua, dextrum
scilicet unius & lævum alterius, quibus manus con-
fertur fulciunt; & sub canendi opere corpus lente
movent, quasi capite vellent caput contingere, vul-
tum gerentes meditandum & gravem. Rarissime
stantes canunt; & si contingat aliquando, ut musarum
quasi quodam afflatu moti stantes carmen ordiantur,

mox

Joka hyrämmie pätkwi,
Lydremme k lpaapi.
Kumel hyömmie luyhämmie,
Eysihämmie huyhämmie.

Savonum dialecto conformiter expressimus, (ut & plura exempla dein-
ceps) e quorum ore verba excepta sunt.

(e) SALAMNUS Jlc=lausu &c. initio.

mox tamen, conjunctis dextris sessum eunt, & ritu solito, cantandi continuant operam. Cantus autem hujusmodi solennis instituitur in conviviiis fere, cum adest & mentes excire solet *laetitia Bacchus dator*; itaque videas plerumque juxta cantantes stare cerevisiæ cantharum, de quo, ad finem perducto carmine, novoque recitando se accingentes subinde haurire solent, viresque rescicere: ut etiam raro se ad canendum conferunt, antequam Bacchi muneribus spiritus excitati fuerint & animi alacriores redditi. Carmina vero hujusmodi cantoribus deficere non solent, qui ad multam sæpe noctem hunc ludum producunt. Neque alii fere oblectationis generi videntur majores nostri, ad convivia congregati, indulgisse: ludos genti peculiares & domesticos in usu fuisse nullos reperio; choreas & saltationes hodieque nesciunt fere Savones & Carelii (*f*); Tavastii & maritimi a Svecis sine dubio didicerunt, nomine etiam *tantti*, *tanttan*, id testante. Præter convivia, canendi quoque occasionem commodam incolis superiorum provinciarum præbent itinera illa longinqua, quæ ad urbes & emporia quotannis, hiberno imprimis tempore, coguntur suscipere, mercium suarum divendendarum & aliarum, vicissim sibi necessariarum, comparandarum causa. Tum enim plures, ultra XL sæpe vel L, aut una domo profecti, aut in itinere undique quasi confluentes, in unum conjunguntur cœtum, societatem-

K 3

que

(*f*) Nisi quod incolæ juniores pagorum quorundam, prædiis nobilium & civium lautioris fortis vicinorum, mores horum imitari, majorum severitate relicta, nuperius cœperunt.



que faciunt itineris; fere ut orientalium Caravani. Hæc multitudo, cum in hospitia, ad quietem corporibus fatigatis dandam equisque pastum præbendum, divertit, tædii fugandi temporisque fallendi gratia ad oblectamentum confugit genti jucundissimum, & solennes quos descripsimus cantus læta celebrat. Bacchi quidem munera non semper abunde præsto sunt: sed otium tamen & hominum frequentia animos sollicitant. Neque deesse solent in tali comitatu vates, aut cæntores saltem exercitati, qui inopia carminum haud laborant; plerumque enim patresfamilias ipsi, aut viri maturioris ætatis, hujusmodi itinera instituunt. Quando tantam aliquando Runa quædam, typis non expressa, celebritatem nanciscitur, ut per totam fere Fenniam, vel plures saltem provincias cantetur, his id itinerum societatibus plerumque tribuendum est, quæ plurimum provinciarum incolas congregant, & familiaritate quadam conjungunt. Quoties solenni cantu se populares nostri oblectant, lyræ etiam occentum adjungere libenter solent; si itaque copia est citharædi periti, ille vocem cantantium fidibus comitatur. Si unus tantum cantat, citharædus Adjutoris præstat vicem, modum musicum Adjutori attributum, lyra repetens, tacente interim cantore. Sunt autem triplicis omnino generis citharæ Fennis in usu: una, quæ reliquis antiquior & usitatior, *Rantdele* vocatur, chordis instructa quinque, hodie orichalcinis, olim setis equinis, quæ pulsatur digitis (g); cu-

jus

(g) Lyram V chordarum vetustum fuisse apud septentrionales po-



jus inventionem, ut & artis eandem scienter pullandi, ipsi *Wainämöinen*, Runicæ artis auctori, præcipuo quondam Fennorum Deo, majores nostros tribuisse, infra docebimus. Aliud citharæ genus, vel barbiton, *Harpu* nostris vocatum, nomine a *Svecis* mutuato, prope duos cubitos est longum, & cubitum circiter latum, subtus apertum, tribus chordis orichalcinis ornatum, super quæ plectrum fetis equinis constans (*stråfe*) ultro citroque ducitur. Tertii generis, *Jouhi-Randele* dicta, huic fere similis, sed duplo minor, chordisque tribus e fetis equinis tensa (*h*), plectro ad eundem morem tangitur. His iisdem instrumentis ad saltantium quoque motus & numeros moderandos, iis locis ubi incolis hujusmodi placet ludus, sæpe utuntur; tetrachordi (*violon*) usus recentissimis demum temporibus invalescere cœpit.

§. XII.

Peculiarem carminum classem constituunt *Runcæ* nostratum *molendinariæ*, *Jauho-Runot*, quas sub molesto labore molendi mulieres *Savonum*, *Careliorum* & *Cajaneburgensis* ditionis cantant. Non enim olim modo, sed multis hodie etiam locis, machinis destituti molaribus, manu molas circumagere incolæ coguntur, eaque

pulos instrumentum musicum confirmat JULIUS POLLUX *Onomast.* L. IV. C. IX, narrans a *Scythis* eam fuisse inventam, & postea inde ad *Græcos* pervenisse.

(*h*) Quas, ut scilicet barbiton sonos reddat clariores & suaviores, e cauda decerpere jubent equi acris, impigri & nobilis; cujus persvasio- nis vestigia infra etiam occurrent,

quæ sola ratione omne quod consumunt frumentum minuere (a). Devolutus autem fuit hic labor apud nostros, ut apud multas alias nationes, totus ad feminas; quæ interim dum viri itinera ad urbes suscipiunt, venatui operam navant, ligna, fœnum & frumenta e silvis domum deportant &c., per totam fere hiemem, aut pistillum tractant, aut molam manuariam trudent: ut vere de se, in una hujusmodi Runarum, pœtria canat:

Päivät pyöriin perkeleisä,	Per dies integros volvor pistillo (manubrio?) adfixa,
Siven puuša kiskuttelen.	Lapidis (molaris) ligno adhaerens circumagitor.

Ad animum itaque hilarandum & a laboris molestia revocandum, felicissimo consilio, molentes carmina canunt, imprimis tradita sibi a majoribus, nonnulla recentius composita. Canit illa sola quæ molam circumagit, reliquis quæ interim quiescunt, tacentibus & audientibus; itaque mos repetendi locum hic non obtinet. Eundem tamen modum musicum observant, & cantu lentiori delectantur. Si molendi opera duæ simul funguntur, aut utraque aut per vices

(a) Antiquioribus temporibus pistillis contadisse, probabile est, in mortariis ejusmodi ligneis quæ adhuc ad corticem pini frangendum adhibentur, quoties eo pro pane uti cogit necessitas. Hodie molæ aquaticæ plures indies extruuntur, in provinciis etiam interioribus, adeo ut molæ molas manuiarias circumagendi labore feminae sensim liberentur: molæ autem quæ vento trudentur, ubi a maritimis provinciis recesseris, rarissime adhuc, in Savolaxia & Carelia imprimis, conspiciuntur. Quo vero rarior molendi labor mulieribus incumbit, eo etiam magis carmina s. Runæ molaris in desuetudinem abeunt.

vices alterutra, cantum peragit. Agunt hæc carmina partim de argumentis severioribus, maxime moralibus, partim fabulas aut historiolas continent, partim etiam amori consecrata sunt, non infimum inter sexus curas locum suo merito poscenti; satyras quoque interdum exhibent, egregiorum facinorum, laudes &c. Haud pauca colligere mihi licuit, quæ ingenii laude nequaquam indigna sunt. Amori vero dicatas Runas, non facile, nisi inter se solæ recitant, juniores imprimis; itaque a vetulis elicendæ sunt, quarum quædam nec solennis istius in conviviiis cantus vices detrectant, quas suscipere puellas nunquam videas. Horum carminum plurima saltem pars foeminas agnoscit auctores; quarum nonnullæ imprimis, ut de viris supra docuimus, laude clarent Runarum feliciter pangendarum. Exempla etiam hujus generis apponam. Uxor viri varis pedibus deformis, natu jam grandior & orba liberis, conditionem suam describit & desiderium absentis mariti, longo, ut videtur, itinere detenti, hujusmodi carmine exprimit:

Minä jauhan Jaakolleni,
 Wäännän wäärä-säärelleni;
 Waan ej Jaako nullen jauha,
 Eikä wäännä wäärä-sääri,
 Eikä hymbyrä hytteriä.

Hym' on olla hymbyrällä,

Kaunis kamburajalalla;

Ego molo Jacobo meo,
 Circumago (molam) loripedi meo;
 Verum non Jacobus mihi molit,
 Neque circumagit loripes,
 Neque varipes trudit (lapidem molarem) cum sonitu, (*)

Faustum (tamen) est pertinere ad varipedem,

Beatum (pertinere) ad loripedem;

L. Hymn:

(*) H. e. abest.



Hymyvä hyvällä sydellä,
 Kambura weden kaloilla;
 Ei sitä sotaan wiedä,
 Ei taheita tappeluhun.
 Eke janhän wanha waino,
 Homeh-forma houhattelen;
 Ei mullen minia janhaa,
 Eikä pyörrää pojan waino.
 Kun mun tuttuni tulisi,
 Ennen nähtyni näkyisi!
 Kosta suuta suickajaisin,
 Lewitättiin lenkapielä.
 Mut' ej kuulu kullaisistani!
 Eill' on illoilla itäwä,
 Maata pannesä pahembi,
 Niitten ydellä äitelämbi,
 Hawaitessa haikiambi;
 Kopra (koupa) tyhiä kokopi,
 Käsi waatipi walehta.
 Niina aikahan tulisin,
 Waan on waiwa aamuissilla,

Muiden työllän työnnätästä,
 Muiden liiträisä lewollen,
 Olla yötä yrinänsä,
 Sängysä ufottomassa,
 Ej kutaana kumppalina,
 Kuka suuta suickajapi,
 Kuka syhyttä siwija,
 Kupeita kuttuttapi.

Kost' ej kuulu kuldaistani,

Kolkkawan kodan edessä,
 Puuta pilkkawan pihalla,

Varipes victu lauto (te) aluit,
 Loripes aquæ piscibus;
 Non eum ad bellum auferunt,
 Non poscunt ad pugnam.

Ipsa molo ætate provecta mulier,
 Situ aures obducta molæ strepitum
 Non mihi nurus molit, (excito (**));
 Neque contorquet (molam) filii uxor,

O si ille familiaris meus veniret,
 Antea viçus mihi appareret!
 Mox svavium oppingerem,
 Extenderem os meum.

Sed nihil auditur de dilecto meo!
 Itaque vespera desiderio angor,
 Cubitum itura magis etiam conficior,
 Noctes vero tradiofiliinæ mihi sunt,
 Expergefacta diserueior animi;
 Manus inania colligit,
 Dextra querit mendacium (†).

Utcunque me fortis non pœniteret,
 Verum molestiam sentio mane,
 Cæteros ad labores impulsura
 (††),

Conjunctura (vesperi) eos ad quietem,
 Actura ipsa noctem sola, (tem),
 In lecto marito orbo,
 Nullo existente socio,
 Qui osculum oppingat,
 Qui leniter profricet latus,
 Costas titillet.

O (me miseram) quod non auditur dilectus meus

Fragorem edens ante domum,
 Ligna findens in area,

Veräts

(**) H. e. ætate jam ultra juveniles annos provecta, cui requies a tam duro labore esset concedenda. Hyperbolice loquitur.

(†) H. e. Maritum juxta cubantem manu querens, sentio mentem desiderio ægram vana spe illud.

(††) Nempe videbat tum, operarios suos quemque sua gaudere conjuge; se vero solam esse.



Veräillä westelewän,
 Alla icumän asuwän!
 Tule turcka tuntuuni,
 Astu armas sängyhyini!

Embä kowan kujukkaan;

Kyll' sun luondo luore tuopi,
 Veri wierellen wetäpi;
 Sitte tuutun tulduansi,

Liki, liki, linduiseni,
 Kufi, kufi, kuldaiseni!

Juxta portam ascians (tigna),
 Sub fenestra commorans!
 Veni o bone! in cubile meum,
 Fer gradum, sodes, in lectulum
 meum! (*)

Neque tamen vehementer (te)
 appello;

Sane te natura ad me adducet,
 Sanguis versus me impellet;
 Tum vero in cubile meum re-
 versus,

Prope, prope, deliciae mea,
 Juxta; juxta, corculum meum!

Nemo credo in hoc carmine poetica venam, affectum, naturæ simplicis veritatem, imaginemque rusticæ nostrorum vitæ haud injucundam (c), non animadvertet; itaque integrum exhibui. Suppetit mihi aliud, satiram continens in puellas quæ nimis altum spiritum gerentes formaque sua elatæ, spernunt florentibus annis temere procos honestos, deinde vero, annis veneres auferentibus, ipsæ viros coguntur enixe ambire: proponitur primum puella fastidium suum narrans, deinde conditionem suam flens & nubendi desiderium significans, tum virum ad se frustra alliciens; postea illudens adjicit vates, eam diu incassum vestitu cultuque exquisito placere studuisse, atque tandem e compressu furtivo gravidam factam, latebras pudore confusam petiisse. Sed longior est Runa, quam ut adponere eam locus permit-

L 2

ibome: tat.

(*) H. e. reditum tuum matura!

(c) Tempori vero hiberno, quo molendi opus, adeoque hujusmodi cantus, inprimis fervet, icenam adaptatam esse, facile animadvertitur.



tat. In alia, amoris sui constantiam testata sponsa, se a svaviando amico suo, modo comparuerit, non iri deterritum affirmat, si vel lupi sanguine os ejus esset adpersum, nec dubitaturam dextram dextræ ejus conjungere quamvis anguis in digitorum apicibus micaret, &c. Fennica verba sunt:

Sillen suuta suickajain,
 Jos olis sun juden werepâ;
 Sillen kättä kääppäjäisin,
 Jospa kärke kâmmen-pääpâ.
 Olisso tuuli mielellisâ,
 Alhainen kielellisâ!
 Eanan toissi, sanan weissi,
 Eanan lijan siikuttaissi,
 Kahden rakkaan välillä. &c.

O si ventui esset intellectus,
 Tempestati linguæ facultas!
 Verbum adduceret, verbum reportaret,
 Verbum abundans ulro citroque ferret,
 Duos amantes inter &c.

Alia Runa sponforum amorem celebrat, ut magnitudine affectui parentum, cognatorum & affinium longe superiorem, historiola narranda de puella, quam, postquam procus a parentibus, multis donis & illis & reliquis necessariis tributis, obtinuisset, Ruffus furtim abreptam cymbæ suæ imposuerat abducturus, quamque cum parentes & cognati iis ipsis donis quæ a proco acceperant redimere singuli recusassent, hic, quamvis superbius ab ea primum tractatus, non dubitavit centum thaleris imperialibus Ruffo numeratis, captivitati eximere. In alia, virgo sponsum sibi exoptat; sed nisi strenuo, copioso & egregio viro sese haud nupturam simul asseverat. Initium carminis hujusmodi est:

Luo Jumala tuota miestä,
 Jonga formuzet sopissi,

Adduc Deus eum virum,
 Cujus annuli apti mihi sint (†),
 Ninta

(†) H, e, cujus acceptare queam annulos & dona,



)

85

(



Minta riisii kelpoasi!
 Hiltös tuhma tulsoctobon,
 Käwin kanta keikurook,

Ruin ei tullek tuubiammat,
 Koriimmat kothi käynek!
 En mindä siinä ikänä,
 Ruuna kullan päiwänähän,
 Nufu nurjuren nutullen,
 Wainu palka = luekarellen,
 Roja = kengellen rakastuk ic.

Cujus pectorales cruces (†) idoneæ
 Ne veniat quidem fatuus, (sint!
 Neque stipis captator vacillanti gres-
 su accedat,

Siquidem non veniant præstantiores,
 Formosiores ad me tendant!
 Non ego ullo tempore,
 Luna aureo splendore fulgente,
 Dormiam nauci hominis in fragula,
 Cubitum ibo sordidi ad latus,
 Mendici deliciæ sîam (*) &c.

Poëticæ elocutionis in his cantilenis venustatem, linguæ nostræ gnari ex hujus etiam Runæ initio, ubi cantrix lapidem molarem alloquitur, existimare poterunt:

Touhuos siinä kivoinen,
 Hyvä paasi paubailko,
 Somerinen souwatelko,
 Minun jauhia vuorollani,
 Siiman formin sourtamata,
 Käden puuta kääntämätä,
 Peukalon palajamata!

Molito tu lapille,
 Bona lamina saxeæ strepito,
 Glareæ proles circumagitor (**),
 Vice molendi ad me devoluta!
 Ut non opus sit digitis circumvolvere,
 Manui lignum (manubrium) torque-
 Pollici in orbem verti! (re,

Rationem itaque hujus generis carminum satis nos exposuisse putantes, imaginem tantum adjiciemus bonæ matrisfamilias, ex popularium nostrorum opinione, versibus sequentibus expressam, quibus hospiti suæ vates gratias agit:

Emännän siitä perästä,
 kilitän

gratias ago
 Matrifamilias deinde,

L 3

Hyvän

(†) Ornamenti genus, crucis formam gerens, a pectore dependens, noto more christianismi hoc signo superbiendi.

(*) Verbotenus: Sidam ad latus hominis crumenam gestantis adfutis centonibus variam, Ab homine induto calceis attritis & laceris, amabor.

(**) Verbotenus: E glareæ concrete (hoc nomine vocatur lapis molaris), remigato,

Hyvän leivän leipomasta,
 Hyvän pannehen oloisen.
 Smelet hänen itusaf,
 Makiat on maitaisefaf.
 Ei ol' istullen itusaf,
 Eikä maallen maitaisefaf.
 On kuullut kukoitat nousta,
 Kanan lapseta karataf;
 Piti kiut kuckonansa,
 Drawaiset merfinänsä.

Eipä surunna jusia,
 Pelännyt metän petoja,
 Saunan tietä kyyvänsänsä.
 Eipä koukuilla kohennut,
 Mutta koprilla kohenti,
 Rämmenillä käännätteli,
 Sekä formilla sowitzi.

Quod bonum panem fecit,
 Bonam coxit cerevisiam.
 Dulcis ejus polenta, †
 Svavis est bync. †
 Non est erudi saporis bync ejus
 Neque austeri polenta ejus.
 Audiit gallos evigilare,
 Gallinæ filium profilire (†);
 Lunam galli loco habuit (††),
 Ursæ majoris (constellat.) signum ob-
 servavit.
 Neque luporum metu angebatur,
 Nec silvæ feras formidavit,
 Cum ad balneum via esset carpen-
 Non uncis tractavit (**), (da (*).
 Sed manibus contrectavit,
 Palmis versavit,
 Atque digitis ordine locavit,

§. XIII.

Nullum vero carminum nostratium genus vel ce-
 lebratius fuit vel infamia majore notatum *Runis* sic
 dictis *Magicis*, sive superstitiosis illis carminibus, qui-
 bus miram vim inesse homines stulti & anilibus per-
 svasionibus occæcati, & sibi & aliis fidem fecerunt.
 Dubitare plurimæ non sinunt rationes, quin olim Feni-
 ni

† Malt.

(†) H. e. Vigilantior gallis fuit.

(††) Id est, horam surgendi e Lunæ cursu existimavit, non e galli cantu, quo horologii loco rustici utuntur; ad vigilantiam significandam matrisfamilias.

(*) In balneo feminæ peragunt rusticæ multa sua opera; significat itaque, eam causas non prætexuisse, cur ab opere matutino se abstineret.

(**) Penum structura, ollas, patinas &c. calidiores non instrumentis manus munita tractavit, verita ne urerent; nudis manibus tangere non timuit, adveta labori, & manus delicatas non habens.

ni nostri, ut reliquæ nationes, carminibus cum diis suis egerint, unde sanctitatis & efficacitatis illis adhæsit opinio; quæ mox deleri ex animis hominum, cum ad Christiana sacra amplectenda perducerentur, eo minus potuit, quod non rationibus & argumentis, sed vi & armis, ad Christi nomen profitendum cogentur. Itaque hæc carmina gentilismo incunabula sua debere, quamvis postea varie interpolata & Papisticis superstitionibus nugisque locupletata, mihi certum videtur, & infra plenius demonstrabitur. Antiquitate igitur reliquas Runas nostras sine dubio vincunt; quæ, quoad metrum & poëticam rationem, ad illa ut exemplaria & archetypos deinde conformata esse videntur. Hodie quoque, apud supersticiosos, nullæ aliæ Runæ cum illis dignitate & præstantia comparandæ existimantur. Neque vero proprie *Runarum* illis nomen tribuitur, quo reliqua tantum innocentia, superstitionis visa *profana*, carmina denotantur, quæ in conviviiis & circulis cantantur; magica illa carmina contra vocantur *Lugut*, quasi *lectiones*, quæ nunquam cantu proferuntur, multo minus solenni quem descripsimus more, sed occulte remotisque arbitris vel dicuntur alta voce, cum ardore quodam animi, *haldiosa*, cui pedum suppletio, exultantes corporis motus, variæque gesticulationes & contorsiones absurdæ deformesque adduntur, vel submisse mussitantur, exspuendo simul, flando &c.; semperque fere superstiosæ & ridiculæ quædam praxes salivæ præterea adjiciuntur. Applicata autem ad certas res,
 qua-

quarum vel minuere atque frangere vim, vel damno-
 sos effectus tollere, &c. putantur, Sanat etiam ap-
 pellantur, id est *verba efficacia*; exempli gratia Ma-
 don sanat, *verba contra serpentis morsum*, Tulen sanat,
verba contra ignis vim, & *valida ad sananda vulnera*
ab igne iniusta, Raudan sanat, *verba pro sanandis vul-*
nerebus ferro inflictis, & sic porro. Horum pleraque
 simul Synnyt dicuntur, id est *origines* five *archæolo-*
gica, v. g. Madon syndy, (vel Synty) Tulen syndy,
 Raudan syndy &c. quod ortum ex ea traxit opinio-
 ne, in qua sunt harum nugarum amici, fore se ele-
 mentis, corporibus, animalibusque omnibus compe-
 scendis vique eorum superandæ pares, si modo oc-
 cultam & mythicam eorum originem resciscant, car-
 minaque recitent eam aperientia; hac autem scien-
 tia majores suos fuisse instructos, coelitus sibi tradi-
 ta, quorum itaque arcanas formulas admirabili vir-
 tute pollere. Hinc in archæologiis hujusmodi, cum
 quadam confidentia & quasi triumphantes solent fer-
 rum, ignem, serpentem &c. alloqui: *non fugit me un-*
de genitus & natus sis, item: *cur ausus miselle es mala*
facere, *Cur perniciofa suscipere facinora?* *Origo tua mi-*
nime ignota est mihi, *Prima cunabula tua sunt mihi*
explorata.

Tiedän syndy syndymäsi,

Voika kalēi kasvaamosi.

Et: Mirikä teit pahoja,

Kurikä tihua työtä?

Kollä tiedän kusta tulit,

Kusta syunyt ja sikeisit &c.

Super-